runt: iniquitates autem dñi n̄ minu-  
entur om̄i bono. **V**enite filii audite  
me: timorē dñi docebo uos. **Q**uis est  
homo qui uult uitā: diligit dies ui-  
dere <sup>60</sup> uos. **P**rohibe linguā tuā a ma-  
lo: & labia tua ne loquantur dolum.  
**R**uerte a malo & fac bonum: inquite  
pacē & p̄sequere eā. **O**culi dñi sup  
iustos: & aures eī imp̄ces eorū. **S**ubtus  
aū dñi sup facientes mala: ut p̄dat  
deūa memoriā eorū. **C**lamauerūt iusti  
& dñs exaudiuit eos: & ex omnib; tri-  
bulationib; eorū liberauit eos. **I**uxta ē  
dñs his qui tribulato s̄ corde: & humi-  
les sp̄u saluabit. **Q**uante tribulatione  
iustorū: & de omnib; his liberabit eos dñs.  
**C**ustodit dñs om̄ia ossa eorū: unū  ex  
his n̄ conuertetur. **M**ors peccatorū pesti-  
ma: & qui oderunt iustum delinq̄nt.

**R**edimet dñs animas seruoꝝ suoꝝ: & n̄ de-  
linquent omnes qui sperant in eo. **Ps**  
**vs** ca dñe nocentes me: expungna  
impugnantes me: **A**pphēde arma  
& scutum: & exurge in adiutoriu m.  
**A**ffunde fiamēam & conclude adū  
sus eos qui psecuntur me: dñe anime  
mee salus tua ego sum. **C**onfundant̄  
& reuertantur: querentes animā meā.  
**A**uertantur retrorsum & confundant̄:  
cogitantes michi mala. **F**iant tan  
quā puluis ante faciem uenti: & an-  
gelus dñi coartans eos. **F**iat uia illoꝝ  
tenebit & lubricum: & angelus dñi p̄  
sequens eos. **Q**uō gratis absconderis  
michi in interitum laquei sui: sup ua-  
cua exprobrauerunt animā meam.  
**V**eniat illi laqueus quē ignorat: &  
captio quā abscondit apphendat eū:  
& in laqueū cadat inipio. **A**nima aū



Rectos decet collaudatio **psm**

mea exultabit in dño. & delectabitur sup  
salutari suo. **O**mnia ossa mea dicent  
dñe q̄s similis tui. **A**rupiens in opē de  
manu fortiorū ei: egenum & pauperē  
adrupientib; eū. **S**urgentes testes in  
qui: que ignorabā interrogabant me:  
**R**etribuebant michi mala p̄ bonis: steri  
litate anime mee. **E**go autē cū michi  
molesti essent: induebar cilicio. **H**um  
liabam in ieiunio animā meā: & oratio  
mea. in sinu meo conuertit. **Q**uasi p  
ximū quasi fratrem nr̄m sic cōplacebā:  
quasi lugens & contristatus sic humilia  
bar. **E**t aduersum me letati s̄ & con  
uenerunt: congregati s̄ sup me flagel  
la & ignorauit. **D**issipati sunt nec cō  
puncti: temptauerunt me subsannaue  
rūt me subsannatione: frenduerunt  
sup me dentib; suis. **D**ñe quando re  
spicies: restitue animā meā a maligni

tant ex aleomb' unicā meā. **C**onfitebor  
 tibi in ecclesia magna: in populo graui lau  
 dabo te. **N**on sup gaudeant in qui ad  
 uersant michi inique: q' oderit me gra  
 tis. & annuunt oculis. **Q**uo michi q'  
 dem pacifice loquebantur: & in iacun  
 dia terre loquentes dolos cogitabant.  
**E**t dilatauerunt sup me os suū: dixerit  
 euge euge uiderunt oculi nostri. **V**i  
 disti dñe ne sileas: dñe ne discedas a me:  
**E**xurge dñe & intende iudicio meo: d's  
 n's & dñs n's in causam meā. **I**udica  
 me scdm iusticiā tuā dñe d's n's: & n'  
 sup gaudeant michi. **N**on dicant in  
 cordib; suis euge euge anime nrē: nec  
 dicant deuorauimus eū. **R**ubescant  
 & reuertantur simul: qui gratulant'  
 malis meis. **I**nduantur confusione &  
 reuerentia: qui maligna locuntur  
 sup me. **G**aubent & letentur qui

tr' sup  
 icent:  
 opē de  
 uperē  
 stes in  
 ut me  
 u: stes  
 michi  
**H**um  
 otano  
 uasi p  
 laceba:  
 milia  
 & con  
 e flagel  
 nec cō  
 unauit  
 ruit  
 ando re  
 maligni



**an** Expugna & pugnates me

uolunt iusticiā meā: & dicant semp  
magnificet̄ dñs qui uolunt pacem

serui eius. **E**t lingua mea meditabi  
tur iusticiā tuā: tota die laudē tuā.

**D**ixit inuisus ut delinquat  
in semet ipso: non ē timor dei  
ante oculos eius. **Q**uō dolose  
egit in cōspectu ei: ut inueniat̄ iniqui  
tates eius ad odium.

**U**erba oris ei iniqui  
tas & dolus: noluit intelligere ut be  
ne ageret. **I**niquitate meditatus ē  
in cubili suo. **A**stuit omni uie n̄ bone: ma  
licia aut̄ n̄ odium.

**D**ñe in celo mīa  
tua: & ueritas tua usq; ad nubes. **I**us  
ticia tua sic montes dei: iudicia tua  
abyssus multa.

**H**omines & uimta  
saluabis domine: quē admodum  
multiplicasti mīam tuā deus.

**F**ili  
aut̄ hominū: in regimine alarū tuarū  
sperabūt. **I**nebria bunt̄ ab ubertate

Handwritten musical notation at the top of the page, consisting of several groups of notes on a four-line staff.

Expugna impugnantes me  
domus tue & uoluptatis tue  
potabis eos. **Q**uo aperit te e fons uite  
& in lumine tuo uidebimus lumen.

**P**retende manum tuam scientibus te & iustitiam tuam his qui recto s corde. **N**on ueniat michi pes superbie & manus peccatoris n moueat me. **I**bi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi s nec poterunt stare.

**N**on in malignis: neque in elauentis facientes iniquitatem.

**Q**uo tanquam fenu uelociter arescent: & que admodum holera herbarum cito decident. **S**pera in dno & fac bonitatem: & pascet in habita terra & pascens in diuiciis eius. **D**electare in dno: & dabit tibi pacationes cordis tui. **R**euela dno uiam tuam: & spera in eu: & ipse faciet. **E**t educet quasi lumen iustitiam tuam: & iudicium tuum tanquam me-

Handwritten text from the adjacent page, partially visible on the left edge of the image.

udicē subditus esto dño & oia eū. **N**oli  
emulari meo q̄ prosperat̄ in uia sua:  
ī homine faciente in iusticiis. **D**esine  
ab ira & derelinque furorē: noli emu  
lari ut maligneris. **Q**uō qui malig  
nauerit extirminabit̄: sustinentes  
aū dñm ipsi hereditabunt t̄ram. **E**t  
adhuc pusillū & n̄ erit peccator: & que  
res locum ei & n̄ inuenies. **M**ansueti  
aūte :::: hereditabunt t̄ram: & dele  
lectabuntur in multitudine pacis. **O**b  
seruabit peccator iustū: & studebit  
sup eū dentibus suis. **O**is autē iri  
debit eum: quō p̄spicit̄ quod ueniet  
dies ei. **G**ladium euaginauerunt  
peccatores: intenderunt arcum suū.  
**U**t decipiant pauperē & inopē: ut tru  
cident rectos corde. **G**ladus eorū in  
ter in corda ipsorū: & arcus eorū confin  
gatur. **M**elius est modicū iusto: sup

diuicias peccatorum multas. **Q**uo bra-  
 chia peccatorum conterentur: et sumat  
 aut iustos domini. **N**ouit dominus dies imma-  
 culatorum: et hereditas eorum in eternum erit.  
**N**on confundemur in tempore malo: et  
 in diebus famis saturabimur: quia pec-  
 catores peribunt. **I**nimici uero domi-  
 ni maxime honorificati fuerunt et exaltati:  
 deficientes quemadmodum sumus defici-  
 erunt. **M**inuabimur peccator et non soluetur:  
 iustus autem miseretur et tribuet. **Q**uia  
 benedicens ei hereditabit terram: male-  
 dicentes autem ei dissipabunt. **A**perit dominus  
 gressus hominis dirigentur: et uiam eius  
 uolet. **C**um ceciderit non collidetur: quia  
 dominus subponit manum suam. **I**unior fui  
 et enim senui: et non uidi uultum derelicti:  
 nec semen eius querens panem. **T**ota  
 die miseretur et comodatur: et semen illi  
 in benedictione erit. **D**eclina ama

Sta.

i. No  
 a sua  
 O sine  
 li emu  
 malig  
 emes  
 am. Et  
 or. que  
 ansuen  
 n. & de  
 cis. Ob  
 debr  
 re. im  
 ueniet  
 runt  
 in sui.  
 e. ut tu  
 sex in  
 confit  
 uo. sup

Reuela domino uiam tuam **xxv**

lo & fac bonū: & inhabita in sc̄m sc̄i.

**Q**uia dñs amat iudiciū: & n̄ derelinquet  
sc̄s suos: in eternum conseruabunt.

**I**usti punientur: & sem̄ impioꝝ per  
ibit: **I**usti aut̄ hereditabunt terram:  
& inhabitabunt in sc̄m sc̄i sup eam.

**O**s iusti meditabitur sapiētiā: & lin  
gua ei loquetur iudiciū. **L**ex dei ei  
in corde ipsius: & n̄ subplantabit  
gressus ei.

**C**onsiderat peccatōꝝ ius  
tū: & querit mortificari eū. **D**ñs aut̄  
non derelinquet eū in manibꝯ ei: nec  
damnabit eum cū iudicabitur illi.

**E**xpecta dñm & custodi uia eius: & ex  
altabit te ut hereditate capias terram:  
cum perierint peccatores uidebis.

**U**idi impium sup exaltatum: & eleuatum  
sic cedros libani. **E**t transiit: ecce  
n̄ erat.

**Q**uesiui eū & n̄ est inuentus  
locus ei. **C**ustodi innocentiam: & uide

equitatem: quoniam sunt reliquie hominum paci-  
fico. **I**usti autem disperibunt: simul reli-  
quie impiorum interibunt. **S**alus autem  
iustorum ad domino: & protector eorum in tempore  
tribulationis. **E**t adiuuabit eos dominus  
& liberabit eos: & eruet eos a peccatoribus:  
& saluabit eos quia sperauerunt in eo. **Ps**

**D**ominus deus meus ne in ira tua arguas  
me: neque in ira tua corripas  
me. **Q**uoniam sagitte tue infixe sunt  
mihi: & confirmasti super me manum tuam.  
**N**on est sanctas in carne mea a facie ire  
tue: non est pax ossibus meis a facie pec-  
catorum meorum. **Q**uoniam iniquitates mee su-  
pergressae sunt caput meum: sicut onus gra-  
ue grauatae sunt super me. **P**ueruerunt &  
corruptae sunt cicatrices mee: a facie iri-  
pietatis mee. **M**iser factus sum & cur-  
uatus sum usque in finem: tota die con-  
turbatus ingrediebar. **Q**uoniam lumbi

scilicet  
relinquer  
abunt  
nos per  
tiam  
sup eam  
am. In  
re dei  
tabunt  
mor un  
Ois au  
ber: nec  
tur illi  
ul & ex  
mas nam  
bis. U  
e. elenati  
um & ecc  
unent  
a? uide

Ne in ira tua arguas me domine quoniam  
delectare in mei impleti sunt illusionibus et non est sanctas  
dominus et dabit in carne mea. **A**fflictus sum et humili  
petitiones cor  
dus sum nimis rugiebat ageritui cor  
dis mei. **D**ne ante te omne desiderium  
meum et gemitus meus ante te non est absconditus.

**C**or meum turbatum est de reliquid me  
virtus mea et lumen oculorum meorum et ipsum  
non est mecum. **A**mici mei et proximi mei  
adversum me appropinquaverunt et steterunt.  
**E**t qui iuxta me erant de longe  
steterunt et vultum faciebant qui quere-  
bant animam meam. **E**t qui inquirebant  
mala in locum suum et dolos in  
ta die meditabantur. **E**go autem tanquam  
surdus non audiebam et sicut mutus non  
aperiens os suum. **E**t factus sum sicut  
homo non audiens et non habens in ore  
suo redargutiones. **Q**uo iure domine  
speravi tu exaudies. **D**ne deus meus.  
**Q**uia dixi ne quando super gaudeant

Benedixit dominum in omnibus temporibus  
semper laus eius in corde meo

**mi** Ne i ira tua arguas me dñe

in inimici mei: dñi cōmouent pedes  
mei sup me magna locuti s̄. **Q**uonia  
ego i flagella paratus: & dolor tñis me  
spectu meo semp. **Q**uo iniquitatem  
meā annuntiabo: & cogitabo p peccato  
meo. **I**nimici mei uisunt & confir  
mati s̄ sup me: & multiplicati s̄ qui o  
derit me inique. **Q**ui retribuunt ma  
la p bonis detrahebant michi: quō se  
quebar bonitati. **N**on derelinquas  
me dñe deus m̄s: ne discessis a me. **I**n  
tende in adiutoriu meū: dñe deus sa  
lutaris mee. **P**ro  
p̄terea custodiā uas  
meas: ut n̄ delin  
quā in lingua mea.  
**P**osui ori meo cus  
todia: cū cōsisteret  
peccator aduer  
sū me. **O** bmutuiz



**D**eg m̄jereatur m̄i: et b̄ndicat nobis.  
**S**plendor lucis eterne: illuminet nos  
sine fine.  
**A**cunctis malis imminetibus: eripiat  
nos omnipotens et misericors dñs.



humiliatus sū et filium ab omni: & dolor  
mīs renouatus ē. **C**oncaluit cor meū  
intra me: & in meditatione mea exar  
desceat ignis. **L**ocutus sū in lingua mea:  
notū fac michi dñe finē meum. **E**t nu  
merum dierū meorū quis est: ut sciam  
quid desit michi. **E**cce mensurabiles  
posuisti dies meos: & substantia mea  
tanquam nichilū ante te. **V**erūta  
men uniuersa uanitas. omnis homo  
uuens. **S**erūtamēn in imagine per  
transit homo: sed & frustra conturbat.  
**T**hesaurizat & ignorat cui cōtribuet  
ea: & nunc que est expectatio mea non  
ne dñs: & substantia mea apud te est.  
**A**b omnib; iniquitatib; meis erue me:  
obprobrium insipienti dedisti me: **O**b  
mutui & non aperui os meū: quō tu  
fecisti amoue a me plagas tuas. **A**fir  
mitudine manus tue ego defeci in in

crepationibus: propter iniquitatem coram  
 pulsi hominem. **E**t tabescere fecit  
 tu sicut araneam animam eius: uentum  
 uane commutat omnis homo. **E**x  
 audi orationem meam domine: et deprecationem  
 meam: auribus percipe lacrimas meas. **N**e  
 sileas quoniam aduena ego sum apud te  
 & peregrinus: sicut omnes patres mei.

**R**emittit michi ut refrigeret priusquam  
 abeam: & amplius non ero. **Ps.**

**E**xpectans expectaui dominum:  
 et intendit in. **E**t exaudiuit  
 preces meas: et eduxit me de lacu misere-  
 tie & delictorum fecit. **E**t statuit supra  
 petram pedes meos: & direxit gressus  
 meos. **E**t inmisit in os meum canticum  
 nouum: canticum deo nostro. **U**idebunt  
 muti & timebunt: & sperabunt in domino.

**B**eatus uir cuius est nomen domini spes eius:  
 & non respexit in uanitates & insanas

dolor  
 meum  
 a erat  
 gua mea  
 Et in  
 sciam  
 rabiles  
 mea  
 erunt  
 homo  
 me per  
 urbat  
 gabur  
 a non  
 te est  
 e me  
 Ob  
 uo m  
 al. A  
 ei m m

Ut non delinquam in linguam meam p[ro]m[iss]is

falsas. **M**ulta fecisti tu d[omi]ne deus meus  
mirabilia tua: & cogitationib[us] tuis n[on] est  
qui similis sit tibi. **A**nnuntiaui & lo-  
cutus s[un]t multiplicati s[un]t sup[er] numerum.

**S**acrificiū & oblationē nolui: aures autē  
perfecisti m[hi]. **H**olocaustum & pro pec-  
cato non postulasti: tunc dixi ecce  
uenio. **I**ncipit libri scriptum ē de  
me ut facerem uoluntatem tuā d[omi]s  
m[us] uolui: & legem tuā in medio cor-  
dis mei. **A**nnuntiaui iusticiā tuam  
in ecclesia magna: ecce labia mea n[on] p[ro]-  
hibebo d[omi]ne tu scisti. **I**usticiā tuam  
n[on] abscondi in corde meo: ueritatē tuā  
& salutariū tuū dixi. **N**on abscondi  
m[isericordi]am tuā & ueritatē tuā: ac cilio  
multo. **T**u autē d[omi]ne ne longe facias  
misericordias tuas a me: misericordia tua  
& ueritas tua semp[er] susceperunt  
me. **Q**uō circumdederunt me ma-

44  
**an** Et n̄ delinquā i lingua mea

la quoz n̄ ē numerus: cōprehendēt  
me iniquitates mee & n̄ potui ut ui-  
derem. **M**ultiplicat̄ sunt super ca-  
pillos capitis mei: & cor meū dereli-  
quid. **C**omplacet tibi dñe ut eruas  
me: ad adiuuandū me respice. **C**on-  
fundantur & reuertantur simul: qui  
querit̄ animā meā ut auferant eam.  
**C**onuertantur retrorsum & reuertantur:  
qui uolunt m̄ mala. **F**erant cōfestim  
confusionem suā: qui dicunt michi eu-  
ge euge. **E**xultent & letentur sup te  
om̄s querentes te: & dicant semp mag-  
nificetur dñs qui diligit salutare  
tuū. **E**go aut̄ mendicus sum & paup:  
dñs sollicitus ē mei. **A**dutor m̄s et  
p̄tor m̄s tuus: deus m̄s ne tardaueris.

// dñe 7/

**B**eat̄ vs qui intelligit super-  
egenū & pauperē: in die ma-  
la liberabit eum dñs. **D**ñs

ē seruet eū & misericorditer eū & beatū fa-  
ciat eum in iustitia: & nō tradat eum in  
manū inimicōꝝ eiꝝ. **D**ñs opem ferat  
illi sup lectum doloris eius: uniuersū  
statum eiꝝ uersasti in infirmi-  
tate eiꝝ. **E**go dixi dñe miserere mei:  
sana animam meā quia peccaui  
tibi. **I**nimici mei dixerunt mala  
michi: quando morietur & peribit  
nomen eius. **E**t si inquit diebatur  
ut uideret uana loquebatur: cor ei  
congregauit iniquitate sibi. **E**git  
diebatur foras: et loquebatur in id  
ipsum. **A**duersum me susurrabūt  
om̄s inimici mei: aduersum me co-  
gnabant mala michi. **U**erbum in-  
iquum construxerunt aduersum me:  
numquid qui dormit non adiciat  
ut resurgat. **E**t enim homo pacis  
mee in quo speraui: qui edebat pa-

*V. 33 n.  
not.*

nes meos magnificavit sup me supplā  
 rationem. **T**u autem domine mise  
 rere mei & resuscita me & retribuā  
 eis. **I**n hoc cognovi quō voluisti me  
 quō non gaudebit inimicus meus  
 super me. **Q**ue autem ppter innocen  
 ciam suscepisti & confirmasti me in  
 spectu tuo mereremur. **B**enedict  
 dominus deus israel a seculo & in seculū:

**Ps. 42. 1.** **Q**uia desiderat anima mea ad deum.

**Q**uia desiderat anima mea ad deum. **S**icut  
 desiderat cervinus  
 ad fontes aquarū: ita desi  
 derat anima mea ad deum. **S**icut  
 desiderat anima mea ad deum fontem vivum.  
 quando veniam & apparebo ante  
 faciem dei. **F**uerunt michi lacri  
 me mee panes die ac nocte: dum di  
 citur michi cotidie ubi est deus tu  
 us. **H**ec recordatus sum & effudi  
 vine animā meā: quō transibo in

ammonitazijn. In laudib  
quia tu es deus fortitudo  
mea; quare me respulisti  
Et quare tristis in die  
dum affligit me inimicus

nes meos  
rationem  
vere me  
eis. **I**n

sup me supplā  
domine mise  
me & retribuā  
quō uoluisti me  
inimicus meus

quō non  
super me: **Q**ue autem ppter innocen  
ciam suscepisti & estimasti me me  
spectu tuo in eternum. **B**enedict  
dominus deus usq' a seculo & in seculū:

**Ps. 42. 1.** **D** fiat fiat

**D** admodū desiderat cervus  
ad fontes aquarū: ita desi  
derat anima mea ad te deus. **S**im  
uit anima mea ad deū fontē uiuū:  
quando ueniam & apparebo ante  
faciem dei. **F**uerunt michi lacri  
me mee panes die ac nocte: dum di  
citur michi cotidie ubi est deus tu  
us. **H**ec recordatus sum & effudi  
in me animā meā: quō transibo in

mī fa  
m ina  
l ferat  
muer  
firmi  
te me  
cam  
mala  
eribit  
banur  
cor e  
Agre  
r und  
urrab  
me co  
bum in  
sum me  
udicac  
o pacu  
r pa





**an** sana dñe aiam meā q̄ peccavi tibi

**I**ndeo quō adhuc cōfitebor illi: salutare  
 vultus mei & deus m̄s.  
 me deus & discerne causam meā de gente  
 non scā: ab homine iniquo & doloso erue  
 me: **Q**uia tu es deus fortitudo mea: qua  
 re me repulisti: quare <sup>tristis</sup> incedo.  
 dū affligit me inimicus. **S**inite lucē  
 tuā & ueritatē tuā: ipsa me deduxerunt  
 & adduxerūt in montē sc̄m tuū & in tabi  
 nacula tua. **E**t in uerbo ad altare dei:  
 ad deū qui lenificat inueniunt meā. **C**on  
 fitebor tibi in cythara deus deus m̄s: qua  
 re tristis es anima mea & quare cōturbas  
 me: **S**pera indeo quō adhuc cōfitebor  
 illi: salutare uultus mei & deus meus.  
**R**e: s: s: aurib' n̄is audiuimus: pa  
 tres n̄i annuntiauerūt nobis.  
**O**pus quod operatus es in diebus  
 cōy: & in diebus antiquis. **M**anus tua  
 gentes dissipauit & plantasti eos: afflix

ut ipsos & expulisti eos. **N**ec enim in gla-  
dio suo possederunt terram: & brachium eorum  
non saluauit eos. **S**ed dextera tua & bra-  
chium tuum & illuminatio uultus tui:  
quoniam conplacuit mihi. **T**u es ipse rex  
meus et deus meus: qui mandas salutes  
iacob. **I**n te inimicos nostros uentilabimus  
cornu: & in nomine tuo spernemus in-  
surgentes nobis. **N**on enim in manu  
meo sperabo: & gladius meus non saluabit  
me. **S**aluasti enim nos de affligentibus  
nos: & odientes nos confudisti. **I**ndeo lau-  
dabimur tota die: & in nomine tuo con-  
fitebimur in seculum. **N**unc autem re-  
pulist & confudisti nos: & non egredieris de-  
us in uirtutibus nostris. **A**uertisti nos retror-  
sum post inimicos nostros: & qui oderunt  
nos diripiebant sibi. **D**edisti nos  
tanquam oues escarum: & in gentibus  
dispersisti nos. **V**endidisti populum tuum

sine p̄cio: & n̄ fuit multitudo in cōmunita  
 tionib' eor'. **P**osuih nos obp̄briū uici  
 nis nr̄s: sublanationē et derisū hui' q̄  
 s̄ incertum nr̄o. **P**osuih nos in simi  
 litudine: ... gentib' cōmunionem ca  
 ptis in p̄lis. **T**ota die uerecundia mea  
 contra me est: & cōfusio faciei mee: ... co  
 opuit me. **A**uoce exprobrantis & oblo  
 quentis: a facie inimici & persequentis.  
**H**ec omnia uenerunt sup nos nec obli  
 sumus te: & inique n̄ egimus iustitiam  
 tuam. **E**t n̄ recessit retro cor nr̄m: &  
 declinasti semitas nr̄as a uia tua. **Q**uo  
 humiliasti nos in loco afflictionis: & co  
 opuit nos umbra mortis. **S**i obliu  
 sumus nomen dei nr̄i: & si expandimus  
 manus nostras ad deum alienū. **N**on  
 ne deus requirit ista: ipse enim nouit  
 abscondita cordis. **Q**uo mortificam̄  
 ap̄ter te: tota die: estimati sumus sic

ā



n̄ ingla  
 n̄ corū  
 a & b̄ra  
 s̄ tu:  
 p̄se rex  
 salutes  
 milabim  
 emus in  
 aren  
 saluabim  
 ligemib'  
 ndeo lau  
 re tuo ē  
 re pu  
 diens d̄s  
 os terre  
 oderunt  
 i nos  
 mbus  
 sm nr̄i

Erunt autem cor meum uerbum bonum dexte

rae occisionis. **E**xurge quare obdor-  
mis dñe exurge & ne repellas in finem.

**Q**uare faciem tuam auertis. obliuisceris in  
opie nr̄ & tribulationis nr̄. **Q**uo hu-  
miliata est in puluere anima nr̄. con-  
glutinat<sup>us</sup> est in terra uenter noster.

**E**xurge dñe adiuua nos. & redime nos

propter nomen tuum. **P** **D** **D**

**E** **R** **S** **E** **T** **A** **S** **C** **R** **I** **T** **C** **O** **R** **M** **E** **U** **E** **R** **B** **U**  
bonum. dico ego opa mea regi.

**L**ingua mea calamus scribe. uelociter

scribemus. **S**peciosus forma p̄ filius ho-  
minum. diffusa est gracia in labiis tuis.  
propterea benedixit te deus in eternum.

**A**ccingit gladio tuo sup femur tuum.  
potentissime. **S**pecie tua & pulchri-  
tudine tua. intende p̄spere p̄cede et

regna. **P**ropter ueritatem & mansue-  
tudinem & iusticiam. & deducet te  
mirabiliter dextera tua. **S**agitte

tue acute: populi subter cadent in corda  
 inimicorum regis. **S**edes tua deus in scilicet  
 scilicet: uirga directionis uirga regni tui.

**D**ilexisti iusticiam & odisti iniquitatem:  
 propterea unxit te deus deus tuus oleo  
 leticie pre consortibus tuis. **M**uta et  
 gutta & cassia a uestimentis tuis ad o-  
 mibus eburneis: ex quibus delectaue-  
 runt te filie regum in honore tuo.

**A**stut regina ad extus tuis in uestitu  
 de aurato: circumdata uarietate. **A**s-  
 di filia & uide & inclina aurem tua:  
 et obliuiscere populum tuum & domum  
 patris tui. **E**t concupiscet rex decorum  
 tuum: quoniam ipse est deus deus tuus & ado-  
 rabunt eum. **E**t filie tyri in mune-  
 ribus: uultum tuum deprecabuntur di-  
 uites plebis. **O**mnis gloria ei filie  
 regis ab utroque in sinibus aureis: cir-  
 cumamicta uarietatibus. **A**dducent

"omnes."

11699  
**Et** extitit cor meū verbum bonū

regū iugnes post eā. proxime eius  
afferentur tibi. **A**fferentur inlencia  
& exultatione: adducentur intem  
plum regis. **P**ro patribus tuis nam s̄  
tibi filii: constitues eos principes sup  
omnem terram. **M**emor ero nominis  
tui in omni generatione & generatio  
ne: **P**ropterea populi confitebuntur tibi  
in eternum: & in seculū seculi. **F. D. D.**

**D**eus noster refugium & virtus  
adutor in tribulationibus  
que uenerunt nimis. **P**ro  
pterea non timebimus dum turbabit  
terra: & transferentur montes in cor  
maris. **S**onuerit & turbati aque eorū  
& turbati s̄ montes in fortitudine ei.  
**F**luminis impetus lenificat ciuitatem  
dei: sc̄ificauit tabernaculū suū  
altissimus. **D**eus in medio ei non cō  
mouebitur: adiuuabit eā d̄s mane

11699  
minta:  
jubilemꝰ deo saluta ri nostra

Dim

diluente. **C**onurbate s̄ gentes & in-  
clinata s̄ regna: dedit uocem suam  
mota est terra. **D**ñs uirtutum nobiscum:  
susceptor n̄r deus iacob. **V**enite &  
uidete opa dñi: que posuit prodigia  
sup terram: auferens bella usque ad  
finem terre. **A**rcum conuertet & con-

fringet arma: & scuta cōburet igni.  
**S**acate & uidete quō ego sum deus: ex-  
altabor in gentibus; et exaltabor uniuersa.

**D**ñs uirtutum nobiscum: susceptor n̄r  
deus iacob.



**O** gentes plaudite manibus:  
iubilare deo in uoce exultati-  
onis. **Q**uō dñs excelsus: terribilis: rex  
magnus sup omnem terram. **S**ub-  
iecit populos nobis: & gentes sub pe-  
dibus nostris. **E**legit nobis heredi-  
tate suam: speciem iacob quam dilex-  
it. **A**scendit deus in nubilo: dñs in

uoce tube: **P**salte deo nro psallite:  
psallite regi nostro psallite: **Q**uo rex  
omnis terre deus: psallite sapienter:

**R**egnabit deus sup gentes: ds sedet sup  
sedem scam suam. **P**rincipes populorū cō  
gregati s̄ cū deo abraham: quoniam  
dū fortes terre uehementē eleuati sunt:

**M**agnus dñs & laudabilis in  
munitate dei nri in mon  
te scō eius. **F**undatur exulta  
tione uniuersę terre: mons syon la  
terā aquilonis ciuitas regis magni.  
**R**eus in domibus ei cognoscetur: cū susci  
piet eam. **Q**uo ecce reges congregati  
sunt: conuenerunt in unū. **I**psi ui  
dentes sic admirati s̄ conturbati s̄  
cōmouiti sunt: tremor apprehendit eos.  
**T**ibi dolores ut parturienti: in spū ue  
hementi conteres naues tharsis. **S**ic  
audiuimus sic uidimus in ciuitate  
2 dñi uirtutū. in ciuitate



Ad iutor in tribulationibus *ps*

50

dei nri deus fundavit eam in eternum.

**S**uscepimus deus misericordiam tuam in medio  
templi tui. **S**ecundum nomen tuum  
deus sic & laus tua in fines terre iusticia  
plena est dextera tua. **L**etetur mons

sion & exultent filie iude propter iudi-  
cia tua dñe. **C**ircumdant sion & con-  
plectuntur eam: narrant virtutibus eius.

**P**onite corda uestra in virtute eius & distri-  
buite domus eius ut enarratis in progenie  
altera. **Q**uo hic est deus deus noster  
in eternum & in seculum seculi ipse reger nos

**A** **S**icut hec **P** **S** **D** **S** in secula.

**A** omnes gentes: auribus percipite om-  
nes qui habitatis orbem. **Q**ui

que terrigenae & filii hominum: nu-  
mum divites & pauper. **O**s meum loquetur  
sapientiam: & meditatio cordis mei pru-  
denciam. **I**nclnabo in parabolam au-  
tem meam: aperiam in psalterio pro

Auribus percipite qui habitatis orbem terrarum

sificationem meam. **C**irumebo in die mala: iniquitas calcanei mei circumdabit me. **Q**ui confidunt in uirtute sua: et in multitudine diuitiarum suarum gloriatur. **F**ratres non redimet redimet deus homo: non dabit deo placationem suam. **E**t precium redemptionis anime sue: & laborabit in eternum & uiuet adhuc in fine. **N**on uidebit eternum cum uiderit sapientes morientes: & simul insipiens & stultus peribunt. **R**elinquent alienis diuitias suas: et sepulchra eorum domus illorum in eternum. **T**abernacula eorum in progenie & progenie: uocauerunt nomina sua in malis suis. **H**omo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. **H**ec uia illorum scandalum ipsis: & postea in ore suo complacent bunt. **S**icut oves in inferno positi sunt:



**an** Auribus precipite q̄ habitatis orbe

mors depascet eos. **E**t dominabuntur  
eorū uisū in matutino. & auxilium eorū.  
ueterascet in inferno aglona eorū. **Ue**  
tuntamen deus redimet animā meā  
de manu inferi: cū acceperit me: **Re**ti  
mueris cum diues factus fuerit homo:  
& cū multiplicata fuerit gloria domus  
eius. **Q**uoniam cum interiret non sumet  
omnia: neq; descendet cum eo gloria  
ei. **Q**uia anima eī truita ipsius bene  
dicetur: confitebitur tibi cum benefe  
cens ei. **I**ntroibit usq; in p̄genes patru  
suoꝝ: usq; in eternum n̄ uidebit lumen.

**H**omo cum inhonore esset n̄ intellexit: cō  
paratus est iumentis insipientib; & simi

**D**eus **F**ilius factus est illis. **DAVID.**  
deorū dñs locutus est: & uocauit  
trā. **A** solis ortu usque ad  
occasū: ex syon species decoris ei. **D**eus  
manifeste ueniet: deus nr̄ & non silebit.

**S**ignus in conspectu eius exardescet: & incircu-  
tu eius tempestas ualida. **A**duocauit  
celum desursum: & terram discernere  
populum suum. **C**ongregate illi sanctos eius:  
qui ordinant testamentum eius super sacri-  
ficia. **E**t annuntiabit celi iusticiam eius:  
quoniam deus iudex est. **A**udi populus meus  
& loquar israhel: & testificabor tibi deus  
deus tuus ego sum. **N**on in sacrificiis tu-  
is arguam te: holocausta autem tua in con-  
spectu meo sunt semper. **N**on accipiam de do-  
mo tua utulos: neque de gregibus tuis  
hircos. **Q**uoniam mee sunt serere omnes sal-  
uarum: iumenta in montibus & boues.  
**C**ognoui omnia uolatilia celi: & pulchri-  
tudo agri mecum est. **S**i esuriero non di-  
cam tibi: meus est enim orbis terre & ple-  
nitudo eius. **N**umquid manducabo  
carnes taurum: aut sanguinem hyr-  
corum potabo. **I**mmola deo sacrificium

laudis: & redde abussimo uota tua. **E**t  
 inuoca me in die tribulationis: & e-  
 tuam te & honorificabis me. **P**eccato  
 ri autem dixit deus: quare tu enarras ius-  
 ticias meas: & assumis testamentum meum  
 pro tuum. **T**u uero odisti: & disciplina:  
 & percussisti sermones meos retrorsum.  
**S**i uidebas furem currebas cum eo: & cum  
 adulteris portionem tuam ponebas.  
**O**s tuum abundauit malicia: & lingua  
 tua circumnabat dolos. **S**edens aduer-  
 sum fratrem tuum loquebaris: & aduer-  
 sus filium matris tue ponebas scanda-  
 lum: hec fecisti & tacui. **E**xultasti  
 inique quod ero tui similis: argua-  
 te et statuam contra faciem tuam. **I**n-  
 telligitur hec qui obliuiscimini deum:  
 nequando rapiat & non sit qui eripiat.  
**S**acrificium laudis honorificabit me: et  
 illic iter quod ostendam illi salutarem di.

uentum  
 aut  
 tunc  
 os eius  
 up sacri  
 ciam ei  
 ulus in  
 n deus  
 ficus tu  
 ua me  
 la dedo  
 us tuis  
 nes fil  
 oues.  
 ulchri  
 ro n di  
 e & ple  
 ucabo  
 n hyl  
 rificum

**N**IS **R** **R** **R** **R** mei deus: scdm  
magnā mīam tuam. **E**t se  
cundū multitudinē miserati  
onum tuarū: dele iniquitatē meam.  
**A**mplius laua me ab iniquitatē mea: et  
a peccato meo munda me. **Q**uō iniq  
tatem meam ego cognosco: & peccatū  
meū contra me est semp. **T**ibi soli pec  
caui & malum coram tē feci: ut iustifi  
ceris in sermonibus tuis & vincas cū  
iudicaris. **E**cce enim iniquitatibus  
conceptus sum: & in peccatis concepit  
me mater mea. **E**cce enim ueritatē  
dilexisti: incerta & occulta sapientie  
tue manifestasti michi. **A**sperges me  
ysopo & mundabor: lauabis me & sup  
niuem de alba bor. **A**uditui meo da  
bis gaudium & leticiam: & exultabū  
ossa humiliata. **A**uerte faciem tuā  
a peccatis meis: & omnes iniquitates

deus deorum dominus locutus est octaviu

53

meas dele. **C**or mundum crea in me de-  
us. spm rectum in noua uisceribus  
meis. **N**e proicias me a facie tua. et  
spm scm tuum ne auferas a me. **R**ed-  
de michi leticiam salutaris tui. & spm  
principali confirma me. **D**ocebo ini-  
quos uias tuas. & impu ad te conuer-  
tentur. **L**ibera me de sanguinibus  
deus deus salutis mee. et exultabit lin-  
gua mea iusticiam tuam. **D**omine  
labia mea aperies. & os meum annun-  
tiabit laudem tuam. **Q**uo si uoluisses  
sacrificium dedissem. utiq; holocaustis  
n̄ delectaberis. **S**acrificiu deo spe con-  
tribulat. cor c̄ritum & humiliatū d̄s  
n̄ despicies. **B**enigne fac dñe in bona  
uoluntate tua syon. et edificentur mu-  
ri hierlm. **T**unc acceptabis sacrifici-  
um iusticie. oblationes & holocausta.  
tunc imponent sup altare tuū uitulos.

53v



malicia qu





Immaculata: qui potens et innocente

VIRGINIA



**an** De deoz dno locutus e

**T**ota die inuiscia cogitauit lingua tua:  
sicut nouacula acuta fecisti dolium.

**D**ilexisti maliciam sup benignitatem: in  
equitate magis quam loqui equitatem.

**D**ilexisti omnia uerba precipitationis: in  
lingua dolosa. **P**ropterea deus destruet  
te usque euellet te & emigrabit te de  
tabernaculo: & radicem tuam de terra  
inueniunt. **U**idebunt iusti & timebit  
& sup eum ridebunt & dicent: ecce homo  
qui non posuit deum adiutorem suum. **S**ed  
spauit in multitudine diuiciarum suarum:  
& preualuit in uanitate sua. **E**go autem  
sicut oliua fructifera in domo dei spe  
raui in misericordia dei in eternum  
et in seculum seculi. **C**onfitebor ti  
bi in seculum quia fecisti: et expec  
tabo nomen tuum quoniam bonum  
in conspectu sanctorum tuorum.

**PSALMVS. DAVID.**

deus

deus dominus locutus est

et uocauit terra

et uocauit terra



...um uide  
requirit de  
simul inuile  
car bonu no  
re sciunt om  
m: qui deu  
um panti  
lic trepida  
mor: Quo  
u hominu  
medicat p  
repta do  
disciplinis:  
motes et jo



est insipiens.  
in corde suo non  
est deus. **C**or  
rupti sunt & abho-  
minabiles facti  
sunt in iniquitate.  
non est qui faciat  
bonum. **D**eus  
de celo prospexit  
sup filios homi-

nium: ut videat si est  
intelligens aut  
requiens deum. **O**mnes  
de clinauerunt  
simul inutiles facti  
sunt: non est qui fa-  
ciat bonum non est  
usque ad unum. **N**on  
ne scient omnes qui  
operantur iniqui-  
tatem: qui deuorant  
plebem meam ut ci-  
bum panis. **D**eum  
non inuocauerunt:  
illuc trepidauerunt  
timore non fuit  
timor. **Q**uomodo  
deus dissipauit ossa  
eorum qui hominibus  
placent: confusi sunt  
quomodo

**B**enedicatur nos deo pater: et custodiat sepe.  
**S**apienter dei patris: nos celesti boni instruat  
disciplinis.: **A**director et propitijs: sit nobis  
omnipotens et pijs dñs.

anguina  
lum.  
at: in  
uram  
om: in  
lestur  
tr: de  
deria  
- in: de  
re homo  
ui. **S**ed  
ui: su:  
go ante  
despe  
rum.  
bor n  
expec  
i boni  
rum.  
/ / 0.

an

Auertat dñs captiuitatē plebis sue

deus sperent eos. **Q**uis dabit exsion sa  
luttatē isrl: cū conuenerit deus capti  
uitatē plebis sue: exultabit iacob & le



exsion inno. **P**ro-**x**tabit isrl  
mine tuo saluū me fac. & inur  
tate tua iudica me: **D**eus ex

audi orationē meā: aures pcepe uerba  
oris mei. **Q**uō alieni insurrexerit adū  
sū me & fortes quesierit animā meam:  
& n̄ pposuerunt deū ante conspectum  
suum. **E**cce enī deus adiuuat me: et

dñs susceptor est anime mee: **A**uer  
te mala inimicis meis. in ueritate tua  
dispede illos. **V**oluntarie sacrificabo t̄:

& confitebor nomini tuo dñe quō bo  
nū est. **Q**uō ex omni tribulatione eri  
pusti me: & sup inimicos meos. desperē



exay. **P**ro-**x**oculos meos.  
deus orationē meā. & ne desper  
eris deprecationem meā: in ten

Auertet dominus captiuitatem plebis sue

de m̄ & exaudi me: **C**ontristatus sū in  
exercitatione mea: & conturbatus sū  
auoce inimici & afflictatione pecca-

toris. **Q**uoniā declinauerunt in me  
iniquitates: & inia molesti erant m̄.

**C**or meum conturbatum est in me: & for-  
mido mortis cecidit super me: **T**imor  
& tremor uenerunt sup me: & contex-

erunt me tenebre: **E**t dixi quis da-  
bit michi pennas sicut columbe: & uo-  
labo et requiescam. **E**cce elongaui

fugiens: et mansi in solitudine: **E**x-  
pectabā eum q̄ saluū me fecit a pusil-

lanimitate spiritus: & tempestate.  
**P**recipua dñe diuide linguas eorū: q̄ nō  
uidi iniquitatē & contradictionem in

ciuitate: **D**ie ac nocte circumdabit  
eam sup muros ei iniquitas: & labor  
in medio ei & iniusticia. **E**t non defe-

cit de plateis eius: usura & dolus. **Q**uō

si inimicus maledixisset in sustinuissem  
 utiq; **E**t si quis q̄ oderat me sup me mag  
 nalocutus fuisset abscondissem me for  
 sitan ab eo. **T**u uero homo unanims  
 dux m̄s & notus meus. **Q**ui simul me  
 cū dulces capiebas cibos: in domo dei  
 ambulauimus cū consensu. **V**eniat  
 mors sup illos: & descendant in in  
 fernum uiuentes. **Q**uō ne quiesce in  
 habitaculis eorū: in medio eorū. **E**go autē  
 ad deū clamaui: & dñs saluabit me.  
**S**espere & mane & meridie narrabo & an  
 nuntiabo: & exaudiet uocē meam. **R**e  
 dimet in pace animā meā ab his qui  
 ap. p. pinguant m̄: quō inter multos  
 erat mecum. **E**xaudiet deus & humi  
 liabit illos: qui est ante sc̄la. **N**on enī  
 est illis cōmutatio: & non timuerūt d̄m.  
 extendit manum suā in retribuendo.  
**C**ontaminauerūt testamentū ei: diuisi s̄

abita uultus ei: & appropinquavit  
 cor illius. **M**ollia sunt sermones ei  
 sup oleum: & ipsi sunt iacula. **L**acta  
 super dñm curam tuam: & ipse te e-  
 mittet: non dabit in eternum flutua-  
 tionem iusto. **T**u uero deus: deduces  
 eos in puteum interitus. **U**ni san-  
 guinum & dolosi ñ dimidiabunt  
 dies suos: ego aut sperabo in te dñe. **Ex**

**D**ominus & rex & rex mei deus quō con-  
 culcavit me homo: tota die in-  
 pugnant tribulavit me: **C**on-  
 culcaverunt me inimici mei tota die:  
 quō multi bellantes aduersum me:  
**A**b altitudine diei timebo: ego uero in te  
 sperabo. **I**ndeo laudabo sermones meos:  
 indeo speravi non timebo quid faciat  
 michi caro. **T**ota die uerba mea ex-  
 crabantur aduersum me om̄s cogita-  
 tiones eor̄ in malū. **I**nhabitabunt et

**an** Intende in me & exaudi me

illos.

Ps. 124.

abscondent: ipsi calcaneum meum obser-  
uabunt. **S**icut sustinuerunt animam  
meam pro nichilo saluos facies in ira ipsos  
confringes. **D**eus uitam meam annun-  
tiam tibi: posuisti lacrimas meas in con-  
spectu tuo. **S**icut & in promissione  
tua: tunc conuertentur inimici mei re-  
trorsum. **I**n quacumque die inuocauero  
te: ecce cognoui quoniam deus meus es.  
**I**ndeo laudabo uerbum: in domino laudabo  
sermone: indeo spau non timebo quod  
faciat in homo. **I**n me sunt deus uota  
tua: que reddam laudationes tibi. **Q**uoniam  
eripuisti animam meam de morte: & pedes  
meos de lapsu: ut placeam coram deo  
in lumine uiuentium. **P**SAVM

**M**ISEREERE mei deus miserere  
mei: quoniam in te confidit anima  
mea. **E**t in umbra alarum  
tuarum spabo: donec transeat iniquitas.



Intende in me et exaudi me domine quoniam

58  
Clamabo ad deum altissimum: deum qui be-  
ne fecit michi. **M**isit de celo & libera-  
uit me: dedit in obprobrium conculan-  
tes me. **M**isit deus misericordiam suam & ve-  
ritatem suam: & eripuit animam me-  
am de medio catulorum leonum: dormi-  
ui conturbatus. **F**ili hominum dentes  
eorum arma & sagitte: & lingua eorum gla-  
dius acutus. **E**xaltare super celos  
deus: & in omni terra gloria tua.  
**L**aqueum parauerunt pedibus meis: & in-  
curuauerunt animam meam. **F**ode-  
runt ante faciem meam foveam: & inci-  
derunt meam. **P**aratum cor meum  
deus paratum cor meum: cantabo & psal-  
mum dicam. **E**xurge gloria mea exur-  
ge psalterium & cythara: exurgam  
diluculo. **C**onfitebor tibi in populis  
domine: & psalmum dicam tibi in genibus.  
**Q**uo magnificata est usque ad celos misericordia

tua. & usq; ad nubes uentis tua. **E**xal  
tate sup celos deus: & sup omne terram

**S**is uere rex & **g**loria: tua  
utiq; iusticiam loquimini. rec  
te iudicatis filii hominum. **E**t

enim in corde iniquitates operamini in  
terra. in iusticiis manus uestre circumdabit

**A**lienati sunt peccatores a uultu. **T**rauerit  
ab utero locum suum falsa. **F**uror illis

secundum similitudinem serpentis: sicut  
aspidis surde & obdurantur aures su

as. **Q**ue non exaudiet uocem incan  
tationum: & uenefici incantationis sa

pienter. **D**eus conteret dentes ex  
in ore ipsorum. molas leonum confringet

dominus. **A**d nichilum de ueniunt  
tanquam aqua decurrens. intendit ar

cum suum donec infirmemur. **S**icut  
cera que fluit auferentur. sup ceci

dit ignis & non uiderunt solem. **P**rius

quā intelligerent spine. uestite ramnū.  
sicut uiuentes sic uita absorbet eos.

**L**etabitur iustus cū uiderit uindictam.  
manus suas lauabit in sanguine pec  
catoris. **E**t dicit homo si unq; est fruc  
tus iusto: unq; ē iudicans eos in terra. **Ex**

**A**ripere me de inimicis meis deus  
meus. & ab insurgentibus uine  
libera me. **A**ripe me de ope  
ramibus iniquitatem. & de uiris sang  
nū salua me. **Q**uia ecce cepertunt ani  
mā meā. utruerunt in me fortes. **N**eque

iniquitas mea. neq; peccatū meū dñe: sine iūsta  
cucurri & direxi. **E**xurge in occursum me  
um & uide: & tu domine deus uirtutū  
deus isrl. **I**ntende ad uisitandas om̄s  
gentes: n̄ miserans omnib; qui opan  
tur iniquitatē. **C**onuertentur ad ues  
peram & famem patientur ut canes:  
& circuibunt ciuitatem. **E**cce loquent̄

de.

te

l. Gal  
ne nam  
tua  
muree  
mū. Et  
mū m̄  
cū m̄  
trauer  
ror ill  
sicut  
uū su  
n man  
us sa  
f ex  
inger  
uen  
ndrat  
Sicut  
perci  
P rui

**an** Iuste iudicate filij homin

quē in ore suo. & gladius in labi  
is eorū. quō quis audiuit. **E**t tu dñe  
deridebis eos. ad nichilū deduces om  
nes gentes. **F**ortitudinē meā ad te  
custodiam. quia deus susceptor meus  
deus mīa ei p̄ueniet me. **D**eus  
ostendit m̄ sup inimicos meos ne occi  
das eos. ne quando obliuiscant̄ ip̄i  
mei. **D**ispoge illos in iram tuā. & de  
pone eos p̄tor meus dñe. **D**elicū  
oris eorū sermonē labiorū ipsorū. & cōpre  
hendantur in superbia sua. **E**t de ex  
ecratione & mendacio annuntiabun  
tur in consummatione. in ira consum  
mationis & n̄ erunt. **E**t scient quia  
deus dñi abitur iacob. & finium terre.  
**C**onvertentur ad uespam & famē pa  
cientur ut canes. & circuibunt ciui  
tatem. **I**psi dispigentur ad mandu  
candum. si uero non fuerint saturati



Iuste iudicate filij hominu' | outain

**Inuit** In manu tua dñe dñs fines t're

60

....

& murmurabit. **E**go autē cantabo fortitudinem tuam & exaltabo manum tuam. **Q**uia factus es susceptor mī & refugium meū in die tribulationis mee. **A**dutor meus tibi psal-

**D**eus **D**eus **D**eus **D**eus **D**eus **D**eus **D**eus **D**eus **D**eus **D**eus  
te pulisti nos & destruxisti nos: iratus es & miserus es nobis.

**C**ommouisti terram & conturbasti eam: sana erunt cūm ditiones eius quia commota est. **O**stendisti populo tuo dura: potasti nos in no cūpunctionis. **D**editi metuentibus te significationem: ut fugiant a facie arcus. **U**t liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua & exaudi me. **D**eus locutus est in scō suo: letabor & parabor sicinam & euallē tabernaculoꝝ meoꝝ. **D**eus est galaath & meus ē manasses: & effiaim fortitudo capitis

m ut m

**In** manu tua domine dñs fines t're

da nobis domine auxilium de tribulatione .ij.  
mel.

**J**uda rex in: moab olla spei  
mee: **I**ndumeam extendam cal  
ciamentum meum: michi alieni  
gene subditi sunt: **Q**uis deducet  
me in ciuitatem munitam: quis de  
ducet me usq: indumeam. **N**onne  
tu deus qui te pulisti nos: & non egre  
diens deus in iuribus nostris. **D**a  
nobis auxilium de tribulatione: et  
uana salus hominis. **I**ndeo faciem  
iuramentum: & ipse ad nichilum deducet

**S** tribulantes nos. **Psalmus**  
xlvij. **D**eus deprecationem  
meam: intende orationi mee:

**A** fimbriis terre ad te clamaui: dum anxi  
aretur cor meum: in perna exaltasti me:

**D**eduxisti me quia factus es spes mea:  
turtis fortitudinis a facie inimici.

**I**nhabitabo in tabernaculo tuo in secula:  
pregar in uelamento alarum tuarum.

**Da** nob. dñe auxiliū detribulacione

61

**Q**uo tu deus miseraudisti orationē me-  
am: dedisti hereditatem timentibus  
nomen tuum. **D**ies super dies regis  
ad dies annos ei usq; in diem genera-  
tionis & generationis. **P**ermanet in  
eternum in conspectu dei: misericordiam & ue-  
ritatem eius quis requirit. **S**ic psal-  
mum dicam nomini tuo in seculum seculi:  
ut reddam uota mea de die in diem. **Ex**

**N**on est deo subiecta erit ani-  
ma mea: ab ipso enim saluta-  
re meū. **N**am & ipse deus  
meus & salutaris meus: susceptor miseri-  
cordie meae. **Q**uo usque irru-  
it in hominem: interficitis uniuersos  
sicut uos: tanquam parietem inclinatum &  
macerem depulsum. **U**erum tamen pre-  
cium meum cogitauerunt repellere:  
cucurru in seculum: ore suo benedicebant  
& corde suo maledicebant. **U**erum

tamen deo subiecta esto anima mea.  
quō ab ipso pacientia mea. **Q**uia et  
ipse deus meus & saluator meus. ad  
iutor meus non emigrabo. **I**nde sa  
lutare meum & glā mea. deus auxili  
mei & spes mea indeo est. **S**perate in  
eo omnis congregatio populū. effundi  
te coram illo. corda uestra. deus adiu  
tor nū in eternum. **V**erumtamen ua  
ni filii hominū. mendaces filii homi  
num iustitens. ut decipiant ipsi deua  
nitate in idipsum. **N**olite sperare in  
iniquitate. & rapinas nolite concupisce  
re. diuicie si affluant nolite cor appo  
nere. **S**emel locutus est deus duo hec  
audiui. quia potestas dei est & tibi  
dñe mīa. quia tu reddes unicuique  
iuxta opera sua. **P** **D** **A** **V** **I** **O**.  
e. s. deus meus. ad te de luce  
uigilo. **S** tunc in te anima





mea: quā multipliciter tibi caro mea.

**I**ntra desertā inuā & inaquosā sic in scō  
apparui tibi: ut uiderem uirtutem tuā  
et glām tuam. **Q**uō melior est mīa

tua sup uitas: labia mea laudabunt te:  
**S**ic benedicam te in uita mea: & in nomi-

ne tuo leuabo manus meas. **S**icut ad  
ipe & pinguedine repleatur anima mea:

& labiis exultationis laudabit os meū.

